



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Manuale Sodalitatis B. Mariae Virginis. siue Exercitium Spirituale Christianae Pietatis

Véron, François

Coloniae Agrippinae, 1505 [i. e. 1605]

13. Quæ misericordia defunctis impende[n]da.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46577](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46577)

poris Ecclesiæ membrum redēptionis ad-
necte. Miserere domine gemituū, miserere
lachrymarum eius, & non habentem fi-
duciam, nisi in tua misericordia, ad tuę Sa-
cramentum reconciliationis admitte. Per
Christum, &c.

Ascendant ad te, Domine, preces nostrę,
& animam famuli tui N. gaudia æterna su-
cipiant; vt quem fecisti adoptionis partici-
pem, iubeas hæreditatis tuę esse confor-
tem. Per Dominum nostrum, &c.

*Sub exitu
animæ de
corpore.*

PARS XIII.

*Quòd Misericordia vita defunctis meri-
tò impendenda sit.*

EA duobus officijs continetur: oratio-
ne & precibus, alijsque subsidijs pro sa-
lute animæ præstandis; & obsequio, quod
deferendo corpori ad sacram sepulturam
debetur. Vtrumque munus, magnæ ca-
ritatis & misericordiæ officium est; Soda-
libus, alijsque Christianis, non propin-
quis tantum & notis, sed externis quoque,
& ignotis, non omittendum; id potis-
simum quod animæ defertur, quæ eo am-
plius aliorum auxilijs opus habet, quo mi-
nus se iuuare potest: & quo grauior, & ter-
ribilior est ignis, ad quem nõ omninò ex-
purgatæ animæ amandatur, donec perfol-

Q 6

uerinat

*Enarrat. in
Psalm. 37.*

*De vera &
falsa pœnit.*

uerint vel per se se patiendo, vel per alios
satisfaciendo vsque ad vltimum quadran-
tem. Qualis, quantusque sit ignis purgato-
rius, beatus Augustinus alicubi docet: Gra-
uior, inquit, erit ille ignis, quam quicquid
potest homo pati in hac vita. Et alio loco:
Hic ignis etsi eternus non sit, miro tamen
modo est grauis: Excellit enim omnem
pœnam, quam vnquam passus est aliquis
in hoc mundo. Idem cum D. Augustino
fentiunt D. Gregorius, SS. Beda, Anselmus,
Bernardus, & alij. Quocirca manifestum e-
uadit, nullam maiorem vlli mortalium
præstari posse misericordiam, quam ani-
mabus in eo igne agentibus. Non ignora-
bat id B. Christina, vulgo mirabilis dicta; q̄
è viuis ablata, cū deducta ab Angelis fuis-
set ad locum tenebrosum, ac horrendum,
animabus hominum plenum, ibiq; tormē-
ta vidisset horrenda, terribilia, narrationē
omnem superantia, accepissetq; purgato-
rium esse; tandē deducta ad Christum, ob-
lationem sibi factam videt vel beatitudine
iam perfruendi, vel resumpto corpore, per
opera pœnitentiæ satisfaciendi pro anima-
bus à se in purgatorio visis. Respondit er-
go velle se eius rei causa, corpori restitui:
quod & factū est. Vidisses ergo illam nunc
in ardentibus fornaces sese proijcere, nunc
in ignem, nunc in cacobos grandes bul-
licenti

lienti aqua plenos: nunc sub aquis gelu con-
 strictis multos dies cōtinuos hærere; nunc
 in mortuorum ingredi sepulchra, ibique
 diu iacere; nunc in patibulis inter latro-
 nes dies aliquot dependere; nunc alia id
 genus pœnitentiæ explere opera: in qui-
 bus omnibus tantos persentiebat dolores,
 vt inclamaret aliquando altissimè, & par-
 turientis instar eiularet: sed tamen illæsa
 semper, & ad novos dolores integra, ex ig-
 ne, & incen diis emergebat.

PARS XIII.

*Septem suffragiorum genera, quibus de-
 functorum animæ iuuantur.*

Primum, lachrymæ. 2. Oratio: quæ duo
 quàm profint ægrôtis, fidem faciunt
 exempla plurima. S. Odilo Abbas Clu-
 niacensis cùm auditas in quibusdam Sici-
 liæ montibus, & speluncis animarum vo-
 ciferationes accepisset, à se, religiosisque
 sui ordinis, querulis lamentationibus o-
 pem implorantium; decreto generali con-
 stituit, vt per sua omnia monasteria, po-
 stridie SS. omnium; Animarum in Chri-
 sto quiescentium memoria fieret. Quam
 quidem misericordiæ plenissimam consti-
 tutionem comprobauit postea Romana
 Ecclesia, & ybique locorum fixam esse, ra-
 tamque